

implere proponimus ex pia vicissitudine ^{a)} gratie ^{b)}, qua tenemur tibi tamquam nostro benemerito respondere.

II.

(Kaiser) *Fr(iedrich II.) bittet Pavia, dem Hospital San Lazzaro eine Zahlung von 25 Pfund Paveseer Denare, die anlässlich eines dem Kaiser von der Stadt geleisteten Dienstes erhoben werden soll, wegen der Armut der Kranken zu erlassen.*

Alba, (März 1238) ¹⁾.

Hs. fol. 9^r.

Fr[idericus] etc.

Pauperes infirmi domus sancti Lazari de Papia, fideles nostri, proposuerunt lacrimabiliter coram nobis, quod XXV libre denariorum Papiensium ad presens exiguntur ab eis, quas solvere nequeunt aliis multis debitorum et paupertatis oneribus ^{c)} aggravati. Cum ergo miserales persone sint et nedum speciali auxilio singulorum, sed generali totius communis vestri auxilio egeant ad relevandum statum calamitatis eorum, ducti ergo compatientia, qua debemus, monemus universitatem vestram, quatenus ob eius reverentiam, qui se in suis pauperibus constituit debitorem ²⁾, nostreque precis obtentu, qui clamores eorum non debemus nec possumus ^{d)} non audire, sic pie vos geratis erga domum et personas eorum, quod occasione servitii nobis prestiti se non doleant ^{e)} tanta exactione gravari, quibus de publicis elimosinis continue caritatis beneficia ^{f)} non negantur ^{g)} ut intentis eorum clamoribus non pulsemur.

Data apud Albam.

III.

(Kaiser) *Fr(iedrich II.) teilt Getreuen mit, daß er das Gebiet von Mailand verwüste und einige mailändische Kastelle erobert habe. Zur gleichen Zeit habe der Generalvikar Graf Simon (von Chieti) mit den Truppen von Parma und Modena einen großen Sieg über das zur Belagerung eines Modeneser Kastells ausgezogene Bologneser Heer errungen. (Im Gebiet von Mailand, Oktober 1239) ³⁾.*

^{a)} vicissitudinis *T* ^{b)} gratia *T* ^{c)} honeribus *Hs.* ^{d)} posumus *Hs.*
^{e)} debeant *Hs.* ^{f)} beneficia *Hs.* ^{g)} rogantur *verbessert aus* regantur *Hs.*

¹⁾ Vgl. oben S. 403 Nr. 33.

²⁾ Vgl. Matth. 25, 34—46.

³⁾ Vgl. oben S. 406 f. Nr. 62.